

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Opera**

P. 1-3 nebst Inventarium

**Gerson, Jean**

**[Straßburg], 1488**

De indulgentijs

[urn:nbn:de:bsz:31-300764](#)

tur inter se et impediunt se. vel per stulticiam  
vel per ignorantiam. ne communis consensu/fi  
at ambulatio in domo domini. dum alii sa  
uent abusibus. alii tollere volunt. Veri  
tas est quod omnis via favorabilis et humili  
lis tentata est cum summo pontifice/ dum  
male informatus/ fuit per se vel suos/in  
justas sententias: quod desistat reformatum. Si  
si nihil profert humili sedulitas: arripi  
enda est viril et aniosa libertas. Finit.

### Item ab eodem

de cordis induratione

**O**rdo durum male habebit in  
nouissimo. Duricies ista/ quod  
modo causetur. et quid est il  
lud apostoli / deus cui vult  
miserebit et quem vult indu  
rat: non est mediocris questione? Siquidem de  
us neminem deserit nisi prius deseratur per  
aevum ab eo per peccatum. Sed deser  
tione facta/cadit homo in profundum et con  
temnit. Contemneti vero / deus non dat  
gratiā sed resistit. ac pindet non emolitur  
cor/ nec liqueficit ad gracie susceptionem.  
Tandem pena damnationis infligitur. et  
obduratio confirmatur. Lauta igitur ob  
durationis est. Voluntas auertens. et hec  
iniciat. Voluntas resistens. et hec continuu  
at. Culpa permanens et hec confirmat. Deus  
gratiā non datus. et hec non liberat. Deus  
iuste puniens. et hec ordinat. Finit:

### Opusculum de in dulgentiis eiusdem cancellarii

**O**ccūq; alligaueritis super  
terrā/ erūt ligataz in celis. Et  
quecūq; solueritis sup terrā  
erunt soluta et in celis. **Nat.**  
**xvij.** Collata est autē potest  
itas hec hic promissa/ dum post resurrectio  
nem Christus apparens discipul' suis insuffla  
uit in eos et dixit. Accipite spiritum sanctum quo  
rum remiseritis peccata remittuntur eis. et quorum  
retinueritis revera sunt. **Joh. x.** Specia  
liter autē et excellentē data est ista potestas  
claviū ecclesie. promissa prius **Petro ibi.** Ti  
bi dabo claves regni celorum. **Dath. xi.**  
Dum post resurrectionem ter interrogat de  
dilectōe/dixit Christus sibi ter respondi quod eum di  
ligeret. pasce agnos meos. pasce oves me  
as. Fundauerat autē Christus potestatē alligā

di iuridice per excōicatōem dum dixerat. quod  
si eccliam non audierit. tunc. **Fundat** deniq;  
sug premissis/potestas omnis/indulgēti  
as conferendi. Sup quib; qr varijs varie  
tradiderūt. Placuit sequentes annotare  
pauculas consideratōes. **Prima consi**  
**deratio.** Potestas claviū ecclie/ iudicia  
lis et foriseca/ non extendit se simpliciter  
et directe/ad remissionē culpe. Ratio qr re  
quirit sacramentalis confessio et absolutionē q  
non fit in publico et iudiciali foro. **Se**  
**cunda.** Potestas claviū iudicalis et pub  
lica/ non extendit se principaliter et directe  
ad diminutōem pene/ nulli illi? quā infli  
git aut infligere potuit/ cuiusmodi sunt pe  
ne excōicationē et quarūcunq; irregulari  
tatū inhabilitationē circa legitimos ac  
tus ecclesiasticos aut ciuiles. Ratio quo  
ad partē que recipit et affirmat. quia cui  
est condere huius est destruere vel interpre  
tari. Sed negativa patet per idē argumen  
tum a contrario sensu deductū. **Tertia.**  
Potestas claviū ecclesie sug indulgen  
tis cōcedēdis/ modis quib; cōsuētit uti  
ecclia vel ecclesie plati/ a summoylo deor  
sum/ per quotadē dier et annoz/ presup  
ponit necessario remissionē vel indulgen  
tiā in foro secreto cōscientie seu professōis  
sacramentalis. de facto vel in voto seu pro  
posito. et sepius in facto. iuxta tenore bullā  
rum quib; inserit hec clausula. vere peni  
tentib; et confessis. nisi collator indulgenti  
arū/ intendat satis esse quod homo sit in cari  
tate contrit. sc̄ cum proposito spe et loco cō  
fessionē facere actualem. Esset autē ista fa  
vorabilior interpretatio sine confessōe q̄li  
libet. **Quarta.** Potestas claviū ecclie/  
sacramentalis et in foro cōscientie/ emi  
nentior est utilior et eligibilior in collatōe  
indulgentiarū q̄s potestas sola iudicalis  
Ratio patet ex precedētibus. qm̄ sine cō  
fessionē sacramentali de facto vel in voto  
seu proposito/ nulli dies indulgentiarum vel  
a pena vel a culpa sortiuntur effectum. **Quinta.** Solus papa supremus Christus  
cum patre et spiritu sancto/ potest dare plena  
ria autoritate indulgentiā omnimodā a  
pena et culpa. quā dum cōfert/ dat innu  
merabiles et infinitos indulgentiarū di  
es. Ratio quia vel absolvit et quitat to  
tam penam debitam peccato mortali. si  
ue sit originales siue actuale. Et hec quidē  
est infinita extensio atq; duratio. Aut si

## De indulgentiis

mittat christus penam illam debitam mortali eternam/ in temporalē pater adhuc quod huiusmodi remissio se extendit ad infinitos dies indulgentiarum si tales dicere possumus dies infinitos vel eternos. Juxta illud Dies eternos in mente habui.

**Sexta** Solus papa christus/ gratia et absque merito alio quam suo/ facit huiusmodi commutacionem penae perpetue in penam temporalē vel in plenam absolutonem Ratio quia si talis remissio fieret ex merito illius cui remittitur ipsa non esset iam pura gratuita sed quodammodo debitay vel ex opibus vendita nos autem hoc intelligimus de merito condigni.

**Septima** Solus papa christus/ in iustificazione imp̄i prius natura infundit gratiam et remittat culpam prius insuper dimittit reatu penae eternae et infusionem huiusmodi gratie et homo mereatur a peccato resurgere/ vel ab hoc reatu liber esse Quo circa non satis aduertebant qui dicebat primū actum contritionis post peccatum esse plus incōpabiliter meritorium et aliquē posterius elicitum Fundantes se in hoc quod contrito merebant liberatiōnē a pena eterna et consecutiōnē vite eternae nō ita consequētes merebant huiusmodi remissionē quod iam facta erat.

**Otiaua.** Solus papa christus potest illam tot diez et annorum mille milii indulgentia concedere quod lis posita repicitur in diversis concessionibus summo et pontifici vel alioz sub ratione temporibus locis et causis. Et forte talis enormitas concessionis ab aliisbus questuosis aut aliter male motis conjectra est.

**Hona.** Indulgentiarum concessio rationalis presupponit in cōserente auctoritate a christo fundatā et in euangelio vel ex ipso explicata. Presupponit idoneitatem et adimplētōm conditionis apposite in indulgentiis ut quod sit verus contritus et confessus et faciat hec aut ista re. Presupponit tertio causam concessionis seu distributionis huiusmodi indulgentiarum legitimā clavis ecclesie non errante neque christo reprobante ubi non certa et evidēs noticia requiri sed estimatio bone fidei et probabilis conjectura quēadmodū in distributionē thesauri materialis de fisco regio vel ecclesiastico papa vel rex vel aliis distributorz attenderet.

**Decima.** Indulgentiarum concessio per tot mīlia

nendum dierū sed et annorū videtur diffūculter saluabilis post remissionem eternae penae et cōmutacionem in tempore. Constat enim quod nec homo singularis in hac vita potest aut debet ad tot annos obligari penitentiam agere cum non viciurus sit per millesimā partem tot annorū et nemō ad impossibile obligatur. Constat p̄terea quod dum mīdus finem habebit cessabit purgatorii et ex consequenti dies penarum suarum.

**Undecima** Indulgentiarum concessio non extendit se ad penas et corruptōne nature contractas per peccatum originale. Certum est enim quod papa non absolvit a siti a fame ab infirmitatibus et a morte. Extendit igitur se huiusmodi absolutio ad penas supradictas et infligendas iusto penitentialis satisfactionis iudicio pro peccatis actualibus vel hic vel in purgatorio quoniam in inferno nulla est redemptio.

**Vtrum vero** claves ecclesie se possint extendere non solum super terrā sed sub terra in purgatorio maxime quo ad remissionem penae aut venialis culpe aut excommunicatiōnis prius latitudine vivere reus nunc existens in purgatorio sunt opiniones ad vitandas et partem probabiles. Et favorabile est dicere quod sic saltem p̄ indirectum propter communionē in charitate.

**Sed** neque deber aliquis sic inniti indulgentias concessis in toto vel in parte a pena et a culpa quin studiosius sit satisfacere per se et alios hic in vita.

**Duodecima** Indulgentiarum concessio non est p̄cipienda seu contēnenda sed amplectenda de uote in fide spe et charitate domini nostri Iesu christi qui potestate talem clavium ecclesiasticarum dedit hominibus. Constat enim quod fructuosior est et acceptabilior deo et hominibus operatō talibus in nitens indulgentiis et altera et hoc certis paribus non innitens.

**Consilium** est igitur soluī et sanum quod absque curiosa discussione de prēcisā vel euidenti et certa quantificatione seu mensurā huiusmodi indulgentiarum studeat homo pius tales adquirere p̄m qualitatē sue vocationis. Pondus autem valoris illi relinqueret qui omnia facit et fecit in numero pondere et mensura.

**Postremo** cōcedentes indulgentias ratiōnē et intentionē et in verbis vel in scriptis

suas concessiones moderentur. ut nec di  
uine iusticie cum misericordia derogetur  
nec scandalū maxime pusilloꝝ prebeatur  
vel ne facilis concessio maioris indulge  
tie pro minimis vel exiguis causis/ pari  
at in arduis et legitimis pro ecclesia vel  
republica negotiis detrimentū. **D**eci  
ma tercia **S**i quis petit pro se et pseue  
ranter et pie. hoc est ad salutem et ex cari  
tate efficac̄ est eius oratio. **P**ater hoc ex re  
gula magistrali que fundatur super hoc  
verbo christi **S**i quid petieritis patrem  
in nomine meo dabit vobis. **D**ecima  
quarta. **S**i quis petit indulgentiam  
peccatorum fieri sibi in hac vita potius  
quam in purgatorio/ rite petit et pie. quoni  
am pena purgatoriū longe grauior est et  
minus habens/ immo nihil habens de  
merito. **D**educit ad hoc/ petitio psal. no  
tans de triplici foro iudicali seu puniri  
uo. Domine ne in furore tuo arguas me.  
quo ad infernum ubi regnat horrenda et q  
dammodo furiosa iusticia propter effectū/  
non ob iudicantis affectum. **F**legit in ira  
tua corripias me. quo ad purgatoriū ubi  
sedet iustitia quodammodo rigorosa et ira  
ta. **D**isserere mei domine quoniā infirm  
sum. quo ad pñrem vitam ubi sceptrum  
tener et thronum gratie dulcis misericor  
dia. **D**ecimaquinta **S**i quis  
petit indulgentiam peccatorū suorum fi  
eri in hac vita ex caritate et pseueranter/  
obtinebit utiqꝫ et moriens statim euola  
bit ad celum. **S**equitur ex precedētibus  
quia vel per martirium vel alijs modis deo  
cognitis/purgabitur in hac vita et longe  
mitius quam in altera puniretur. simul et pre  
mium essentialē/ per patientiā merabitur  
augmentari. **D**ecimasexta. **S**i qꝫ  
petit dilatiōem satisfactiōis sue fieri non  
in hac vita sed in purgatorio/ potest hoc  
contingere culpabiliter propter debilita  
tem fidei de penis purgatoriū. aut quia ni  
mis amat delicias et honores vite presen  
tis. vel asperitates exhorret. **S**i vero ve  
niat hec petitio/ et consideratione fragili  
tatis proprie/ et debilitate sue patientie  
in aduersis/ne succumbat et peccet. tolera  
bilis videtur esse timor iste licet imperfe  
ctus sit et non omnino excusabilis qꝫ quo  
dammodo diffidit de deo qꝫ nō tolerabi  
liter secum ageret neqꝫ qꝫ daret debitā pa  
tientiā. **L**olliguntur autem ex hac consi  
deratione quadruplici/ ratio moralis et  
theologica. **C**ur viri sanctissimi/ tot fla  
gellis atturitur in hac vita. quia confidē  
tes in dei misericordia / qꝫ faciet eis cum  
temptatione prouentū/ petūt hic puniri  
et non in finem peccata scilicet etiam venia  
lia differri purganda. quoniam deus petitō  
nem exaudiens/ cōmutat sententiā et pe  
nam purgatoriū in penā temporalis hu  
bius etiā/ et in augmentū essentialis pre  
mij scilicet cum acceleratiōne paradisi. **H**inc  
est illud Augustini. **H**ic seca ut in  
eternū parcas. **A**notetur de mauricio im  
peratore. qui elegit hic puniri et prodito  
rie occisus est. **S**ic aliqui iusti/ vivunt  
moriūt ignominiose quo ad mūdum.  
sed mors iusti subita/ quam precessit bo  
na vita. non minuit merita si moriaſ ita.  
**P**ropterea nil temere iudicandū. **L**etis  
simum signum indulgentie salutaris est/  
bona facere et mala pati. **L**ugduni anno  
1427. **S**exta die octobris.

deratione quadruplici/ ratio moralis et  
theologica. **C**ur viri sanctissimi/ tot fla  
gellis atturitur in hac vita. quia confidē  
tes in dei misericordia / qꝫ faciet eis cum  
temptatione prouentū/ petūt hic puniri  
et non in finem peccata scilicet etiam venia  
lia differri purganda. quoniam deus petitō  
nem exaudiens/ cōmutat sententiā et pe  
nam purgatoriū in penā temporalis hu  
bius etiā/ et in augmentū essentialis pre  
mij scilicet cum acceleratiōne paradisi. **H**inc  
est illud Augustini. **H**ic seca ut in  
eternū parcas. **A**notetur de mauricio im  
peratore. qui elegit hic puniri et prodito  
rie occisus est. **S**ic aliqui iusti/ vivunt  
moriūt ignominiose quo ad mūdum.  
sed mors iusti subita/ quam precessit bo  
na vita. non minuit merita si moriaſ ita.  
**P**ropterea nil temere iudicandū. **L**etis  
simum signum indulgentie salutaris est/  
bona facere et mala pati. **L**ugduni anno  
1427. **S**exta die octobris.

## **S**ubduntur aliae

considerationes eiusdem pro amplifica  
tione materie super indulgentia peccato  
rum.

### **C**onsideratio prima

**E**ligibilius est orare pro viuis  
quam pro mortuis. ut liberentur a  
culpa et perseverent in gratia.  
**A**ccipitur autem oratio nomi  
ne generali/ pro omni adiutorio spiritua  
li quale intelligi fieri tribus modis. **P**er  
amicabilem intercessionem. per meritori  
am actōnem. per recōpensatōrīam satissa  
ctionem. **P**ater igitur consideratio quia  
mortui sunt extra terminū vite. qui si sint  
in purgatorio vel in celo/ non indigeni  
berari a culpa/ maxime a culpa mortali et  
sunt in gratia confirmati. damnatis vero  
non prodestant. **C**onsideratio secunda  
**E**ligibilius est orare pro mortuis epi  
stētibus in purgatorio ut liberentur a pe  
na. quam pro viuis. **R**atio est. quia plus in  
digent. quia minus se iuuare possunt. Re  
compensabunt preterea cum eis benefic  
e in gloria quando habebunt vocem in  
celo. **D**eniqꝫ non potest pro ipsis esse ta  
lis oratio frustra cum sint in gratia. cum  
preterea fiat et sua iussione vel ordinatō  
ne principali. **M**ulti rursus ita fieri me  
ruerūt dū erant in via. bona sua largiōdo

## De indulgentiis

Et ita de plurib<sup>o</sup> causis seu motiuis Porro amicabilis intercessio spectat maxime ad sanctos in gloria qui sunt extra statum mortali et satisfaciendi. Sed meritoria actio pertinet ad solos viatores. Recopenatio similiter satisfactoria spectat ad eos tam pro viuis q<sup>uod</sup> pro mortuis qui participes esse possunt. Expedit demum ut omnis oratio nostra ecclesie communioni se coniungat. Tertia consideratio. Eligibilis est homini viator procurare sibi iuam spirituale in vita sua ut libere a culpa et pena q<sup>uod</sup> expectare per fundationes aut alia pia testamento<sup>rum</sup> legata post mortem q<sup>uod</sup> talia sibi fiant. Sequitur et consideratione predicta quia post mortem ista non perderunt sibi ad melius nisi q<sup>uod</sup> libere a pena si sic in purgatorio. Hunc autem dum vivit sibi prodesse possunt ad liberacionem culpe et inventorem gratie nec non in gratia finaliter preuenient. Rursus et alio quia liberalius et difficilius est dare in vita q<sup>uod</sup> relinquere post mortem distribuendum. Quarta consideratio. Eligibilis est ceteris paribus agere opus satisfactoris ex charitate pro viuis aut mortuis q<sup>uod</sup> opus solu meritorie actionis aut amicabilis intercessione. Pater quia satisfactio includit tria simul et non contra. Juncto q<sup>uod</sup> opus meritorium simul et satisfactorium non minus mereatur de premio essentiali vel augmentatione gratie ex hoc q<sup>uod</sup> est satisfactorium pro certa liberatione a pena q<sup>uod</sup> si non esset alicuius pene deletuum. alioquin non expediret satisfactio si in diminutorem glorie que incomparabiliter melior est q<sup>uod</sup> a pena liberato) revertetur. Additum est ceteris paribus quoniam opus meritorium non penale et per consequens non satisfactorium ut sic posset fieri cum maiori caritate et circumstantibus alijs meliorantibus actionem q<sup>uod</sup> liberatio a pena non equivaleret augmento gracie in presenti vel glorie in futuro. Tranferentur hec considerationes ad omne genus suffragiorum etiam illorum que habent efficaciam ex opibus operati ut in sacramento misse. Concludit insuper ex missis q<sup>uod</sup> non semper eligibilis est adquirere indulgentias per liberacionem a pena vel satisfactio q<sup>uod</sup> alijs opibus vacare dum prius fieri cum maiori charitate. Et ita dicitur de opibus vite active ut de ieunij aut alijs afflictionibus penalibus et tamem satisfactoriis. Paret iterum fatuitas illorum qui so-

lo intuitu laute sustentatois habende se operant opibus satisfactoriis per alienis. Secus si ex magna et sola charitate pri morum hoc faciunt. Et dum sentiunt se utilius et accommodatus iuxta vocacionem suam occupari circa talia opera q<sup>uod</sup> circa puras et altas meditaciones et excellentes mentes qui paucorum sunt valde. Aut subinde quia sunt obligati propter receptorem satisfactionis corporalis per fundatores vel alios taliter exerceri. Collige ergo quod indulgentie peccatorum proueniunt multis modis. Primo est satisfactio propria voluntarie facta. Secundo est satisfactio propria in confessione suscepta. Tertio satisfactio per alium per se persoluta in corpe vel in dominis praesertim cum autoritate comitantis. Quarto per indulgentias ecclesie seu predicatorum. Quinto per communicationem suffragiorum communium sicut in monasteriis et ecclesiis. Sexto per patientiam in adversis cum obsecracione q<sup>uod</sup> in partem sue purgationis convertantur nam dominus in tribulacione peccata dimittit. Septimo per omne opus ex caritate factum quauis spectet ad contemplationem si iungatur intentio vel oratio q<sup>uod</sup> valeat ad indulgentiam peccatorum. Sic enim dictum est de maria magdalena quia dimissa sunt ei peccata multa q<sup>uod</sup> dilexit multum. Et ad seruum. Omne debitum dimisi tibi quia rogasti me. Valem octavo vehementer omne opus misericorditer proximis impensis secundum operationem misericordie tam spiritualia q<sup>uod</sup> corporalia quorum queribet ad septenarium rediguntur. Sic enim dictum est datur dabitur vobis debitis dimittit et dimittetur vobis. Postremo pietas gratuita dei secundum suorum praeuenit et confert sepe indulgentia qualiter nullis precedentibus meritis haberemus imitando eis hoc semper supposito q<sup>uod</sup> superius papa dominus noster Iesus christus has indulgentias certificabit et confirmabit. Qui nos semper dirigat et conservet in opibus mandatorum suorum. Qui cum deo par-

Explicit opusculum de materia indulgentiarum: